

leant per oculos penetrare ad animos mortalium. Eruditi-
tissimus *Vilkins*, *ὁ μὲν ἐν ἀγῶνι, quem agit penna metuente solvi fama*
superstes, penitiori oculorum circumvolutione rem ipsam
perspiciens, *Homerum* nostrum à cæcitate planè curavit, do-
cuitq; rationibus sat firmis, eum minimè cæcum fuisse. cu-
jus adfertioni, quippe quæ verifimilior, nos quoq; puncta
favoris subjicientes, adstipulamur. Et quamvis Poeta
noster oculis corporis, uti opinantur quidam, fuerit desti-
tutus, perspicacissimam tamen fuit mente, & ingenio forma
damna rependit sagacissimo, quo in abdita quæq; penetravit,
ita ut nihil ipsi incognitum aut occultum fuerit. Inde
Tullius dum docet in cæcitate nihil esse mali, *Homerum* sine o-
culorum sensu beatum prædicat, Vidit profectò multò
plus, plurimis aliis, quantum in hominem *Ethnicum* cade-
re potest, in suis operibus, sicut ex testimoniis Eruditorum
omnium cujusvis sæculi constat. Hinc enim Poetæ, hinc
Oratores, hinc Philosophi, eruditionis, eloquentiæ, do-
ctrinæq; fontes hauriunt uberrimos: ut hætenus vix ter-
tius quisque, (quem non *εὐθύλωπλον*, cum *Pindaro*: sed
διγλωπλον, cum *Plutarcho* meritò dixerò,) post tot annos sit
reperitus, qui hunc vatem maximi non fecerit, ejusq; scripta,
quasi divina quodammodo, non sit admiratus, veneratus,
osculatus. Apud *Ælianum* Pictor quidam, in templo,
quod *Ptolomæus* ^{Homeri} Poetæ exstruxerat, pingit *Homerum* vomen-
tem, & Poetas omnes vomitum colligentem, innuens, *Ho-*
merum, cælestis ingenii vatem, omnibus scribendi materias
suppeditare. unde *Ovidius* Poeta ingeniosissimus:

Aspice Mæoniden, à quo, ceu fonte perenni
Vatum Pieriæ ora rigantur aquæ.

Et *Æschylus* dicere solitus est: *Sua scripta particulas esse de*
magnis cœnis Homericis. Verùm, si omnes *Homeriani*
animi divitias ac dotes pluribus persequi vellem, molem
verborum nimis ingentem coacervare cogerer, injuriamq;ve

in Homero cæcus ut
sui rescripto.

l. 5. Tuscul.
Question.

//
// NB.
//